

DE COGNATIONE Temporum quo ad æqualiter cadentia, & item quo ad literas formatiuas, Ingressurus iam mecum coniugationū labyrinthum duplicatū filum capiat necesse est, quo se rursus ex tantis ambagibus possit eximere, Ea est gemina cōfinitas & similitudo quarū una in æqualiter cadentibus temporibus, nostro labore coactis palam apparet, ut uide re est in τὴν πω & suo futuro τὴν ψω, In præterito imperfecto ἔτι πω & indefinito secundo ἔτι πω & aliis ibi ueluti qd suas quasq; mustriculas aptatis, Altera attenditur in hiis quæ eandem accipiunt literā, quā formatiuam libet appellare, Prior satis perspicua est ex præcedenti typo, Ad alteram me uerto etiam si ibi quoq; non admodum negligenter sit indicata, Iam uero quis non uidet quā sit expeditum omnia tempora ad tres literas reducere quarum prima thematis sit et coniugationis formatiua, Veluti in τὴν πω πω. Secūda futuri uidelicet ψ, & tertia præteriti φ, Quæ in re istud aduertendum, quod quedam tempora omnino breuitatem exigunt penultime, Igitur & si à themate formantur & eius formatiuam assumant, in hoc tamen sibi prospiciunt ne propter duplicem consonantem thematis sibi usurpatam, positiōe penultima producat, Id fermè fit abiectione secundæ literæ, Verbi gratia secundum futurum, formatiuam habet thematis, Sed quoniam illa

mustri-  
ca  
est.